deos alienos quos ignoratis. & uenistis & stetistis coram me in domo hac.
in qua inuocatum est nomen meum. & dixistis. liberati sumus siue
desiuimus. eo quod fecerimus omnes abominationes istas; frustra
eos in templo habere fiduciam. sequentia peccata demonstrant;
Quid enim prodest audacter ingredi limen domus di. erecta
stare ceruice. & non solum cor sed & manus habere pollutas.
furto. homicidio. adulterio. periurio. sacrilegio. & cultu eoru
deorum quos nescias; Haec spiritaliter accidere in ecclesia
nemo dubitat. quando presentis temporis considerantes
felicitatem. ac sua peccata non reputant & latere arbitrantur
dnm. quia non statim uindicta consequitur. quin potius in tanta
prorumpunt amentiam ut liberatos se putent. quia post mala
opera etiam a cultu dni recesserunt; Num quid spelunca xxxv.
latronum facta est domus ista siue mea. in qua inuocatu est
nomen meum in oculis uris. ego ego sum. ego uidi dicit dns;
De hoc loco in euangelio adsumtum puto. ut scriptum est; domus
patris mei. domus orationis uocabitur. uos autem fecistis ea
speluncam latronum. siue ut in alio euangelio scriptum est.
domum negotiationis. ecclesia di uertatur in speluncam latronu.
quando furta. homicidia. adulteria. periuria. sacrilegium.
hereseos adinuentio. & omnia in ea scelera uersantur; Quan
do auaritiae facibus principes inardescunt. & regum quonda
opes uile aut certe non uile palliolum possidet. unde infert.
ego ego sum. ego uidi dicit dns. mei oculi contemplati sunt

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
Bodleian Libraries UNIVERSITY OF OXFORD
HESSEN Staatliche Schlösser und Gärten Hessen
Organisation der Vereinten Nationen für Bildung, Wissenschaft, Kultur und Kommunikation
Kloster Lorsch Welterbestätte seit 1991
© Bodleian Libraries
http://bibliotheca-laureshamensis-digital.de/view/bodleian_mslaudmisc417/0081